

21. *Orys Ory! Ory! Ory!*  
DISCURSUS PHYSICUS,

DE

G U S T U,

*Quem,*  
Summi Numinis auspicio,

Et

*Suffragio Amplissima Facultatis Philosophice,*  
In Regia & Florenti Academia Aboënsi, quæ Fen-  
nonum ad Auram est, inq; Auditorio Majori,

PRÆSIDE

VIRO AMPLISSIMO

Dno Mag. PETRO HAHN,

Scientia Naturalis PROFESSORE Ordin. nec non ejusdem  
Academiz Bibliothecario Celeberrimo, Præceptore & Fau-  
tore, æterno pietatis Zelo, suspiciendo, Colendo;

*Publica disquisitioni modestè submittit,*

PETRUS BOGA/ Aboënsis.

*Ad diem, si Deo T. O. M. ita visum fuerit, 23. Junii*  
*Anni 1699. loco, ut supra, 15 horis, ante Meri-  
diem Consvetis.*

---

A B O Æ,

Exudit JOHANNES Winter / Reg. Typog.

Дон Михаил Петрович

Сын Петра I, родился в 1725 г., умер в 1798 г.

Был женат на Екатерине Петровне, сестре императора Петра I.

Умер в 1798 г. в возрасте 73 лет.

Был женат на Екатерине Петровне, сестре императора Петра I.

Умер в 1798 г. в возрасте 73 лет.

Den Ehreborne och Wålbelrodde

Herien /

Hr. PETTER WETTER,

Wålsförordnad Inspector öfwer Siö - Tullen i  
Hålsingsfors/ min wålbewågne Gynnare/  
och förr detta Högt:de nutritio.

Samte

Den Ehreborne och KonstruFFE Mester

M. A N S M E J E R,

General Gillerz Ålderman hår i Siö och Sta-  
pel Staden Åbo/ min Högtåhra-  
de käre Fader.

**M**Ig tyckz vår kropp är lyk en borg som i sig  
hysar/ En ådel Herreden/sin wårek och gierning föör

Från residentzet sitt/ at hvar sig röra böör/  
Som underhafwand' är/ ehwart hans påbud hyser.

Den Fursten menar iag/ vår Siål nu kunnal kallas/  
Som tungan wrida lär och mångfaldt vånda sig

At hon kan uthi tahl sig wiha flook och wiig  
Så leng hon af sin mun med tand och läpp kring wallas.

En mycket herlig ting/ iag achtar nu berömma/  
En lem iag sätta mänd/en lem men gauska kleen/

Orsakar mycket ondt/ der hon blije bruktil meens/  
Hwad skal iag tahlia med/så framt iag den stull glöma.

Förutan det at hon sitt tahl kan wål förråtta/  
Så tienar hon och ož i munnen som en wård/

Den maten pröfwa skal om han är utan flård/  
Hwad som ož tienligt är och magan väst kan mätta/

Då

Då hon heel färdig år/ all smaač mottaga sunna;  
Ehwad den wore betsk/ salt / sötter eller suur /  
Men watnet undantags/ som wara bör heel puur  
Så framt den snella lem vil det åth magan unna.  
Når tungan stannar/ slyr och genast från os Siälent/  
Når tungan orckar ey/ sig röra i sin gom.  
Då nödgas öron ock/ tillsyka bliswa lom/  
Ock wij lyk död en Fiss/ den icke mehr röör gielen.  
Seer sådant Herrar god/ bewågne Gynnar mine  
Jag offererar Ehr en ståncf som ringa år/  
Min tancka om den tienst/ i munnen tungan bär/  
Om iag det håra törs för edra ögon sijne.  
Lijkwäl det ringa wärck/ iag Eder nu tilskrifwer/  
At wiſſa den min plicht/ iag siedze i mitt minn/  
Til Eder/Herrar/hafft/ ock nu af wördsamt sunn/  
Med trogen önskan min til Gud af hiertans ifwer:  
Will lända bidiandes/ det han Ehr wäl bewarar/  
Från ondt til lyf ock Siäl/ med sin bestärmand/  
arm/  
Till deſ I förde blijn i JESU Prydda Barn  
Hvar I nog säkre hoo/ för Satans falska snarar.

Author & Respondens,



I. N. J.

*Tu rege Consiliis actus, Pater optime, nostros;  
Nostrum opus ut laudi serviat omne tue.*

§. I.

**N**ulta sunt, quæ a scriptoribus tam sacrâ, quam profanâ, in sensibus externis laudantur & commendantur. Laudatur *in visu*; cuius organon oculus, non solum ejus humores, tunicarum, aliarumq; partium mirabilis structura, ( $\alpha$ ) verum etiam tenuissimi ejus spiritus, ( $\beta$ ) quorum beneficio altos montes, turretes, remotissimas stellas, & quicquid nobis objicitur è longinquò videmus; Imo etiam necessitas ad quæque commoda vitæ, eo enim duce variaz artes inventæ, ( $\gamma$ ) unde & sensus inventionis vocitatus. Laudatur *in auditu*, cuius instrumentum aures, miranda itidem seu artificiosa earundem structura, una cum insigni usu, non solum in scientiis ac rebus mundanis, cum per hunc sensum incrementa eis accedant, ac ad quamlibet artem descendam commodissima sternatur via; hinc *Auditus*

A

cum

( $\alpha$ ) *Inst: Phys: Kippingii L: 8. Cap. 8. ( $\beta$ ) Scal. Exer. 302.  
Sect: 6. ( $\gamma$ ) Idem Exerci: 298, dist: 6.*

cum visu de nobilitate certare videtur; ( $\delta$ ) verum et jam in spiritualibus, Sic ex auditu verbi Dei, juxta divinam *πνευματικην* nobis applicati in homine illuminato fides accenditur. ( $\epsilon$ ) Nam si animi tantum mutilis sonis excitentur, ( $\zeta$ ) multo magis tonante verbo Dei, quieta latens conscientia excitabitur. Laudatur Olfactus ob suum usum praesentiendi noxia & innoxia. ( $\eta$ ) hujus namque gratia, odores florum, aromatum, aliarumque rerum fragrantium, homini inservire, cerebrum confortari ( $\theta$ ) iisque Spiritus refici dicuntur. [ $\iota$ ] In *Glossa* autem [sensuum externorum praestantissimo] laudatur ab Arist: ( $\kappa$ ) Scaligero, ( $\lambda$ ) nec non a ceteris scriptoribus, ineffabilis necessitas, quæ tanta, ut vix verbis, gracilive hæc crenâ, eam exprimere queamus, hinc non immerito sensus Necessitatis, a Principe Philosophorum Aristotele, ( $\mu$ ) dictus est, quoniam animalibus ad felicita cibaria, necessariò est datus, alias hoc si destituerentur, cadavera dicerentur. Imo quæ insuper quælo periculis hoc absque sensu animal esset subjectum, cum cibaria quævis noxia, haud parvo suo cum dispendio, sine metu hauriret, quod persæpe experientia edocti novimus, dum perplurimos canes alimenti avidos, exinde perire videmus, quod ori injecta non gustarint, sed quidquid ipsis porrigitur, extensis fauibus assumant, atque deglutiunt, haud atten-  
tes

( $\sigma$ ) Scal. ibidem, ut in pag. praesidenti ex Aristotele *L. de sensu Cap. I.* ( $\epsilon$ ) Rom. 10. v. 16. ( $\theta$ ) Scal. Exer: 32. dist. 2. ( $\eta$ ) Arist: *de sensu & sensi. Cap: I.* ( $\vartheta$ ) Scal. Exer: 303. dist. 2. ( $\iota$ ) Idem Exer. 307. dist. 2. ( $\kappa$ ) *de sensu & sensi Cap. I.* ( $\lambda$ ) Scal. Exer: 297. ( $\mu$ ) *In loco quam sepius nominato.*

tēs si vel ignis fomiti adhærēns, vitrum, aut aliud quid  
 victui subesset, quo possunt emori, cum tamen cætera  
 animalia, quæ non tam voracia & insaturabilia sunt,  
 prægustando omnia pestifera & perniciosa declinare sci-  
 unt, & Gustui grata, ac minus nociva appetunt, unde  
 non inique ab Arist: (v) dictus *sensus alimenti & causa*  
*alimenti sentiendi.* O ingentem Gustus usum & nun-  
 quam decantatum satis, cuius beneficō vita sustenta-  
 tur, ac à variis periculis immunis servatur, Maestatur et-  
 iam encomiis sensus hujus organi seu linguae nobi-  
 lissima actio, quæ cum cæteris collata, divina prope vo-  
 citanda, quoniam divino animali, homini scilicet, non  
 solum ad indicandum conceptus animi sui, verum et-  
 iam ad vivendum piè & devotè est concessa. Licet Por-  
 phyrius, hujus linguae usum, brutis etiam communem  
 reddere conetur, dicendo: quod non solum in gustan-  
 dis cibariis victui necessariis utantur linguā, verum et-  
 iam inter se colloquantur, & Appolonium quendam,  
 eorum tenuisse seu intellectissime loquelas; At caveamus,  
 nē tam abjecte de tanto sermonis usu, ab ipso idioma-  
 tum Authore DEO promanato, sentiamus; Valeat po-  
 tius is cum suis ineptiis, nobis quippe melius edocetis,  
 hoc consonum esse non videtur: ars quidem imitatur  
 naturam, (secundum vetus proverbium) sed hoc in bru-  
 tis nullo modo concedimus, brutis etenim non est na-  
 turale loqui: interim tamen non in totum negamus,  
 quin quædam bruta, longo usu & crebra exercitatione;  
 possint æmulari unas vel alteras voculas; Sed absque Ju-  
 dicio, absque Intellectu & articulatione: solius ope me-  
 moriæ, consuetudo namque est quasi altera natura,

multa igitur ob verbera, multa etiam negotia ob famem coguntur imitari, nobis autem lingvæ usus insignis, & nunquam laudibus debitis extollendus satis, qui nobis ad necessaria adipetenda, proximos nostros vario dolore affectos consolandum, Creatorem mente & ore concelebrandum, animi nostri indicia aperiendum & detegendum est concessus. Fidelis ergo admonitio Epicteti (ξ) spernenda non est, sed ambabus ultiis compressisque manibus amplectenda, hunc in modum se habens. Si Luscinia esset Luscinie munus fungerer, si olor oloris, nunc cum rationale animal sim, Deus mibi laudandus, hoc meum munus, hoc facio, nec stationem hanc deseram, quoad licuerit, vosque ad eandem hanc cantilenam exhortor. Quod si is tam divinum hymnum, ad alliciendum, & invitandum nos, cecinerit, nostrum igitur erit eundem confirmare & aperta voce confiteri, Exclamatione Franc. Tittelmanni (ο) dicentis: quod ipse Deus hujus mundi fabricator non solum magnus sit in semet ipso, neque solum magnus in magnis, sed & in abjectissimis, contemptibilissimisq[ue] & minimis gloriosus.

## §. II.

**S**ed sufficiant hæc de præstantia & usu aliquali *Gustus*, Sac ne in longum nimis abeat nostra hæc de eo præliminaris oratio, restat, ut nos ad propiorem ejus explicationem statim accingamus, & cum in cuiuslibet materiæ enucleatione certa Methodus, plurimum conducat, quam Scal., (π) cum cæteris Metodologis summe ne-

(ξ) *Lib. I. Disc. Cap. II. (ο) lib. 8. Phys. Cap. II. (π)*  
Exer. 2,

mē necessariam pronuntiat, quod non solum consulat memoriae ad faciliorem rerum apprehensionem, ac promptiorem repetitionem, verum etiam intellectum maxime juvet, qua etiam nibil in opere sapientis admirabilius esse dicit, Quare ē re fore ducimus, justa Methodo ulla absque mora, ad monitum Platonis, (ε) dicentis: Δέ πρῶτην ἐχετάλειν τὸ δόματος ut & Aristotelis (σ) Scaligeri, (τ) initium ducere ab Οὐρανολογίᾳ seu Def. Nominali, quia à vocis seu nominis, accurata examinatione ad ipsius rei faciliorēm perceptiōnēm deducimur, cīrea quam se sistunt tria:

(α) Εὐημορφία, cuius ratione *Gustus* dicitur à γευσθε, quasi geustus, sed sit per contractionem, abjecto nempe ε. à fronte in syllaba penultima, tum u. cum γ. annexatur, quod Græcis interdum pronunciatur ut U. non vero à gutture, uti existimavit non nemo, (υ) vox itaque hæc γευσθε alias dicitur latine gustabilis; nulla namque res, dici potest gustabilis, priusquam aliquando gustu explorata atque percepta sit, illud autem suum ortum à γεύματi trahit, quæ vox possit dici à γεά quasi lapor ex succi terrei percolatione per humidum existat,

(β) Ομονυμία, quæ nobis in hujus vocabuli inquisitione haud multum faceſcet negotii, cum εξ μηλάχις λεπρέων, seu vocibus varias significaciones subeuntibus non sit, hoc tantummodo monuisse sat erit, per *Gustum* hic loci non nudam Gustandi δύναμιν seu actum primum, nec ipsum ἀσθητήριον seu organum, quod etiam tensum à Philosopho, passim audit; sed ipsam potius νέγζειαν

A3

seu

(ε) In Cratyllo, (σ) Multis in locis (τ) Exe. 1, (υ) Petrus,

seu actum secundum esse intelligendum, quem facutas cum organo conjunctim efficere debet.

(γ) Συνεννοία, quæ nec prolixa eget expositione, cum vox *Gustus* tanto cuivis sit notior, quanto in communi hominum uso nihil frequentius sit cibō, ad naturae desideria implenda, uti: dicitur tamen, alio nomine latine *Gustatio*, Græce γεύσις, γεύμα: hebraice וְעֵד.

### S. III.

**O**Rdinis id exigente ratione, ὄντως ματολογία seu definitionem nominalem sequitur πράγματολογία seu Definitione Realis, quam à Clarissimo Sperlingio (Φ) mutuatam aggrediamur. *Gustus* est sensus Externus, lingua beneficio, *Saporis species recipiens & cognoscens*; quæ definitio more apud logicos recepto dispescitur in Genus seu conceptum convenientiarum, & differentiam, seu conceptum inconvenientiarum. Ponitur itaque generis loco, *sensus*, qui non solum de suo definito in questione quid sit, non conversim, ut essentiale proximum prædicatur, verum etiam ei ceterisque sensibus secundum generis requisitum, commune est, multa igitur non opus est operā, in enucleandis hisce conceptibus in data hac Definitione. Quod enim *Gustus* sit sensus, nemo rationis particeps inficiat ibit, hoc namque ex quatuor sequentibus hujus sensus requisitis facile adstruitur. Quorum Primum est anima sensitiva. 2. Organon. 3. objectum. 4. seu ultimum, Medium inter organum & objectum intercedens, quæ singula singulatim, nobis in sequentibus ventilanda erunt. Sensum hunc nobilissimum insuper dici *Externum* nec est, quod quis miretur,

nam

nam hoc non simpliciter sed Respective dictum volumus, si scilicet cum cerebro conferatur, à quo cœu organo communī, omnis sensatio ortum trahit, (de quibus in posterum dicetur) Respectu vero Corporis superfici-  
ei, potius interna quam externa ejus pars dici meretur.  
*Differentia* itidem manifesta est, ex organo & objecto  
ip̄sius Gustus; nec non ex causis, quarum est. a.

#### S. IV.

**C**ausa efficiens, & quidem vel Principalis anima sensitiva, quod facile probatum ibimus, cum hæc fons sit omnium operationum in Corpore animato, ipsorumq; animalium principium formale, sine quo Corporis membra se movere atque extendere nequirent, quā sublatā tollitur omnis in corpore operatio, ratio hæc est, quoniam anima sensitiva ad omnes proprie dictas corporis animalis partes, per extensionem Entitativam seu virtutis est extensa, ideo eas informare & animare necessaria habet, unde omnis sensio toti composito ex anima & corpore animali constanti assignatur, & tunc animal ut principium radicale quod sentire dicitur; ejus verò potentia sensitiva, quam omnibus animalibus insitam non minus scitè, quam vetè comprobavit Arist. (x) ut principium proximum immediatum & quo, quamvis non dubitandum sit, quin eadem illa sensio, animam sensitivam pro effectore primario, agnoscer, corpusque organicum animæ beneficio sentiet, unde anima dicitur sentiens ut quo mediatum. Hujus cognitio, cum ad omnem veritatem sensuum peruestigandam iuxta Arist. (ψ) Sum-

(x) post. anal. L. 2. Cap. 28.

( $\downarrow$ ) Summopérē sit necessaria, difficilis qvamvis & ardua cognitu sit, in ejus aliqualem notitiam quantum argumenti tractandi ratio permittit, à posteriori tamen penetrare admitemur, cum ejus essentiam à priori, eum Galueo nos ignorare fateri cogamur, varias itaque & dissimiles quasdam Philosophorum opinones, in ejus quidditate & essentia indaganda, multis modis à vero recendentium imprimis repetemus. Alii animæ sensitivæ naturam investigantes, eandem in motu consistere existimarunt, cum ejus beneficio corpus animatum moveatur. Nonnulli denique eam in subtilitate ipsius substantiæ posuerunt, cum universum corpus subeat ac permeat. Qui ad motum respexerunt, putarunt nihil aliud posse moveri, nisi quod prius moveretur, & sic subsumunt de anima, illam nempe non aliunde moveri; unde eam ~~avocivis~~ esse statuerunt, hinc Cœsali Democritus & Leucippus dicere animam igneæ naturæ, quoniam cum viderent iguem quam facilime à se ipso habere vim movendi maximam, tum illam de ejus substantia esse putarunt, vel corpus aliquod ardens seu fervidum igneis atomis constans. Plato teste Aristotele [ $\omega$ ] hac ipsa causa permotus, dixit animam esse substantiam, sponte se huc illucque agitantem, quanta itaque discordia fuit Philosophorum de principiis omnium rerum, tanta quoque inter eosdem extitit de animæ essentia: alii enim qui unum quoddam principium & elementum esse dicunt unam etiam animam esse, ex eodem principio constantem somniarunt, qui vero plura principia excogitarunt, animas etiam plures esse adfirmarunt, atque sic quisque sua

( $\downarrow$ ) 1. de anima Cap. 2, ( $\omega$ ) L de. Resp. Cap. 4. tex. 22.

sua principia cum animæ substantia contulit. Nonnulli denique pensantes, animam per totum corpus diffusam minuitissimum quoddam corpus esse voluerunt, quod subito ab una parte in aliam migrare posset, sicque tot priscorum philosophorum sententiae de animæ essentia extiterunt, quæ tamen omnes minus verò sunt consonæ. Prioribus etenim, qui motu, animæ indolem describere conati sunt, his potissimum, suffultus rationiis, reclamat Excellentissimus Philosophorum Aristoteles inquiens: (a) *Omnis motus est in loco, at anima quatenus forma rei non continetur in loco, ideoque essentia ejus non erit seipsum movere, nullusque ejus erit motus.* Imo non necessarium est, omne quod movet, id ipsum quoque moveri, sed quoddam potius erit movens nullo modo motum; (b) *Est enim moventium & mobilium rerum series finita, & tamdiu quidem procedit illa connexio, quamdiu pervenitur ad aliquod primo movens immobile, quod ipsam animam esse existimamus.* Quod aliis in motibus demonstratur, illud scilicet non necessario à se ipso moveri, quod aliud movet, nam potest aliquid alii dare incrementa, nequit tamen illud ipsum propterea crescere, sic v. gratia, ipsa anima, in corpore organico non sit major, cuius tamen beneficio ipsum corpus sit majus ac viget; Sic neq; calida est & tamen ab ea calorem vitalem corpus obtinet. Ulterius dicimus si moveretur anima, tum id, vel naturaliter, vel violenter fieret, at non naturaliter, quia vel sursum vel deorsum moveretur; Si sursum moveretur, sequere-

(a) *de anima Cap. 3, tex. 38.* (b) *Arist. 7, & 8. L. Phys. Cap. 5, tex. 34. seq.*

tur illam esse igneæ naturæ, si vero deorsum ferreæ.  
 Neque *violenter*, quoniam sibi à seipso vis inferri nequit.  
 Cæterum, qui dicunt ex uno vel omnibus principiis ani-  
 mam esse conflatam seu compositam, ut tam rigorose  
 omnia sentiat & cognoscat, innumeris agitantur &  
 involvuntur erroribus, quos hic loci ob oculos ponere  
 temporis & instituti nostri vetat ratio, cum ejus Consid-  
 erationem  $\omega$  ēv  $\pi\alpha\gamma\delta\sigma$ , qvatenuis causæ efficientis ipsius  
*Gustus* lastinet vices, paucis attingere animus sit; Gal-  
 leni tamen sententiam verbo saltē addam, qui etiamsi  
 non nunquam, substantiam animæ sibi ignotam esse fal-  
 sus, eam tamen definire, sapientis esse existimavit, il-  
 lamque in Disputatione, que inscribitur: *animi mores*,  
*Temperamenta Corporum imitari*, expressis verbis adse-  
 rit, animamque ipsam  $\pi\alpha\gamma\tau\omega$  corporis ex 4. Elementorum  
 contemperatione esse conflatam, tali quidem suffultus  
 ratiocinio; Omne, quo exercentur animatæ actiones,  
 anima est, at  $\pi\alpha\gamma\tau\omega$  & temperamento exercentur actio-  
 nes animatæ, Ergo anima est: verum ad hoc Responde-  
 tur duplex esse illud, quō animatæ actiones exerceri dicun-  
 tur, videlicet animam ipsam, & temperamentum, quod  
 solummodo est causa Instrumentalis: major itaque in  
 hoc ejus argumento vera sit, si addatur  $\tau\omega \pi\alpha\gamma\tau\omega$  scilicet  
*Primario*, à temperie namque operationes sunt  $\delta\epsilon\pi\epsilon\gamma\tau\omega$   
 tamquam ab ipso organo, &  $\pi\alpha\gamma\tau\omega$ ; illa forma substantia-  
 li carens, nullam profus edit operationem. Deinde si  
 corporis temperatio sit anima, seqvitur 1. Omne corpus  
 esse animatum, quod absonum est, 2. Plures esse animas  
 & formas substantiales in corpore animato, 3. Animam  
 posse adesse & abesse sine subjecti destructione, adeo-  
 que esse accidens, quod absurdissimum esset de anima.

4. animam pro aetatis, loci vietusque ratione mutari, cum etiam temperamenta ita mutantur, quod ipsum quoque falsissimum est.

S. V.

**U**T singuli sensus sint per ipsam animam sensitivam, ita etiam *Gustus*, qui tamen non soli animæ, sed toti composito debetur, sic cuivis in confessu est, animam sensitivam ratione peculiaris suæ participationis inesse etiam ipsi organo *Gustus*, nimirum lingvæ ratio hæc est, quoniam anima, sicut totum corpus informat, ita etiam suis facultatibus & vi, objectum lingvæ admotum, sapidum reddit, deque eo tandem dijudicat, quam facultatem ad ejusmodi operationem edendam, à natura obtinet: anima namque præparat organon ad operationem hanc necessariam, ut per illud efficientis ratione fungatur; Et quamvis hæc Gustandi facultas in spiritibus animalibus resideat, non tamen ibi implicata & inclusa, ut quis forte existimet eam suam actionem non posse exercere, sed nihilominus ex cerebro per nervos ad lingvam defertur, ibique habet rationem agentis, quod modo in organo proprio describendo monstrabitur, omnis enim sensus mediantibus nervis istis fieri necessum habet, quod etiam fit in *Gusto* Vim verò recipiendi speciem *Gustabilem*, organon ab anima sensitiva obtinet, hujus igitur beneficio facile dispalescit, animalia quæq; gustare & tale quid facere, quæ operatio ab Arist. (γ) dicta motus animæ sentientis interventu corporei organi factus, Hinc constat quod Gustare sit simul animæ & lingvæ, quippe sentire est totius

compositi; sic v. gratia eadem anima quæ lingua inest, etiam oculis, auribus & pedibus, nequit tamen in hilce vel aliis membris, operationem Gustus perficere, quoniam *Gustus* organo hæ partes corporis destituuntur: Idem & vice versa in corpore contingit, illo enim de mortuo nec anima sentiente magis prædicto, lingua etiam *Gustare* desinit, quoniam sensus una cum *vita*, in *commercialo corporis & anime consistere* debet, bruta autem dum gustant, & rem sapidam ab insipida dignoscunt, statuimus cognitionem illam non intellectualem, sed ut sensualem & naturalem ipsis assignandam esse, nam agunt quidquid agunt, solius naturæ instinctu, secundum dispositionem organorum.

## §. VI.

**A**dministra seu Instrumentalis est organum, alio nomine & vulgo sensorium dictum, qvod est pars corporis, quâ sensilia oblata facultas sentiens percipit, tota enim facultas debet esse Organica, nullus namque sensus, sive interior sive exterior, quidquam apprehendit aut sentit, nisi per Instrumentum quoddam corporeum, unde fit, corruptis & laelis organis seu Instrumentis, corrumpuntur & laedantur ipsæ actiones sentieandi: Organum hoc à medicis & Physicis duplex esse statuitur. Commune sc. & Proprium, Commune quodnam sit Peripateticæ & Medici dissentient. Arist: (d) enim, Avicenna, (e) Cæsarpinus (f) faciunt cor commune *animale* & *sensitivæ* facultatis, Gallenus (g) vero,

Da-

(d) L. 3. de part. animali & lib. de juvent. Cap. 2: (e) L. 1. senz. doctrina 6. Cap. 10, (f) L. 2. quest. medicarum num 10. & L. 3. quest. peripat. Num. 3. (g) L. 3. de locis affectionis Cap. 4. & L. 3. de causis Sympt: cap. 8.

Daniel Seneerus, (9) Renatus Cartesius, (1) Conimbricenses seu interpretes Arist, (2) & alii perplurimi, (3) statuunt cerebrum esse commune sensorium facultatis sentientis, convenient tamen in eo, quod ibi fons sentiendi sit, ubi nervorum origo, ast originem nervorum in corde ponit Arist: (4) verum *avvphia* hoc refutat & san evidenter monstrat nervos ortus sui initium non à corde, sed à cerebro trahere, hoc enim officina animalitatis ut ita dicam, ab hoc protenduntur nervi, ad omnes ferme corporis partes, quæ nihil sunt aliud, quam continuatio cerebri, per quos Spiritus deferuntur ad organa, qvare & commune sentientis facultatis organon dicitur, & quidem *internum* propterea, quod perceptio animæ, seu sensus interni hujus beneficio perficiuntur, non quod eos cerebrum per se, sua natura seu vi (cujus nulla,) perficiat, sed ope facultatis sentientis, quæ inter Spiritus animales residens operatur, eadem etiam ibi versans transit per nervos ad unius cuiusque organum externum, qua ratione cerebrum non solum Spiritus animales oculis, auribus, naribus & lingvæ communicare, verum etiam spiritum sensuum externorum in organis suppeditare dicitur, non tamen ideo inferendum sensationem qvandam *Gustus* vel *Tactus* &c, in cerebro seu organo proprio fieri, sed solummodo ibi internorum sensuum perceptionem, quatenus scilicet his mediantibus sentiat lingvam gustare; & Aures audire, sic. v. g. omnia, quæ lingvæ admoventur, communicantur sens-

## B 3

rio

(9) *Inst. Medica*: Cap. 13. (1) *L. de passionibus animæ*  
*Cap. 1: 2. & part. 4. medita: Phil. Num. 196.* (2) *L. 1. de ge-*  
*ner: ex cor Cap: 5. Quæst. 1.* (3) *Toletus, Antonius Ruvio,*  
*Anto: Deusingius.* (4) *De somno Cap. 2,*

rio communi, quod per nervos supra latitudinem ipsius linguae diffusos, ubi illa impressio fit, sentit, hoc est, in ea parte corporis, quae ab objecto movetur. Atque haec de organo communi seu interno, nunc ad proprium seu externum pergere animus est, quo quilibet *sensus* peculiariter utitur ad percipiendas qualitates sensibiles, (v) quibus mediatis animal aliquid tentare dicitur, sic itaque lingvam Gustui ut proprium organon tribuimus, cujus definitionem a Clarissimo Sperlingio (3) nobis examinandam recitabimus, ita sonantem, Lingua est pars oblonga & mollis carne propria & muscularis constans ut Gustus sit organum.

### §. VII.

**Q**uemadmodum jam lingua nobilissima pars corporis rite dignoscendis saporibus omni animali etiam rationis experti seu ipsis brutis est concessa, ejusque caro variis ex partibus coagmentata, ut sapores quosvis exactè pro ut in se sunt perciperet, Sic provida rerum mater natura, quae in necessariis non deficit, voluit eam nervis gustatoriis, & cerebri ventriculo ad cuspidem usque vergentibus praeditam esse, quorum primo tunica illa nervosa inferior linguae pars, orta à 3<sup>to</sup>. Pari nervorum cerebri, ex posteriori ipsis medulla versus anteriora, recta sub basi excurrens, in hanc etiam eandem tunicam nervi quartæ conjugationis derivantur, qui membrana sua nervosa reticuli instar porosam carnem linguae obducunt, (o) ac ex latiori basi

(v) Arist. 2. de anima Cap. 12. (3) Anthr. Ph. s. L. 2. Cap. 4 pag. 1648. (o) Baubinus L. 3. Theat; anotom. Cap. 19. & Varolius L. 2. Apot. Cap. 7.

in mucronem illum acutum concurrunt ac coēunt, unde cum quid *Gustu* explorare cupimus, cuspidi lingvæ rem sapidam admovemus, hi si tum vel læsi vel transpositi sint, omnia insipida redduntur, nam sublata causa instrumentalis tollitur effectus ut apparuit in vitrivorace, de quo Reald: Columbus ( $\pi$ ) refert, vel si hoc ipsum organon actu humidum esse contingat, vel si tale existet, quod humidum suscipere nequirit, sic v. g. pupilla oculi colorem actu in se non habet, sed est susceptiva ejus, idem esto de *Gustus* organo, hoc est quoniam si gustabile possit esse actu humidum, oportet ideoque organon esse tale potentia & per Gustabile reduct in actum, cum quilibet sensus patiatur a suo proprio sensibili, sic lingua plus justo humida primo fortè saporem gustans, postea forte alios satores, vel non gustat vel male percipit, quia sensus est primi saperis unde & febri laborantibus videntur omnia esse amara, propterea, quod ipsorum lingua plena sit tali humiditate, sicque patet organon gustus dici tale esse potentia, quale objectum est in actu. Hisce jam supra nominatis subveniunt ac succurrunt ex septima conjugatione ut Anatomici locuntur, septimum par extra cranium ortum ubi media illa ē cranio evasura est, hujus pars munus est partim reddere lingvam sentientem, partim moventem, unde partim *Gustatorii*, partim *motorii* nervi vocitati. Sedē suam ante laryngem in collo obtinet, ibique in faucibus sub inferiori maxilla radices agit, cuius caro porosa ita nervis cincta (ut supra indigitavimus) satores sentit, quare ei actionem principalem seu proximam tribuendam certo statuimus, quæ etiam dicenda principalissima lingva

Lingua pars, hec non impedita ob rationes modo allatas  
 hoc facit. Ad hanc ut accederet salivalis humor, Deus  
 glandulas quasdam dedit homini, quarum duæ, tonsillas &  
 amygdala (secundum Anatomicos) qvæ humiditatem ex  
 cerebro fluentem suscipiunt & in salivam vertunt, quæ  
 etiam postmodum per vesiculas illas duas sibi adsitæ  
 patenter ductæ in os labentes, inque ore cruento aliquo  
 liqvore cum mediocri calore, faucium mixto ac tem-  
 perato, extra vel intra os, qualis nunc est saliva, ex  
 qua, fauces, œsophagus non tantum, sed & lingua,  
 humorem & madorem recipiunt, qui non parum ad  
*Gustum* facit, nam cum qvid Gustandum sit, erit o-  
 mnino lingua madida & humida; Deinde necessaria  
 est ad eluenda alimenta sicciora, qvare cum lingua no-  
 stra aliquo mediocri humore est prædita, tum sitim non  
 concipimus. Si vero maior ille deficiat, statim nobis  
 bibendum erit, dum vero nulla saliva in lingua adest  
 dicunt Medici vel defectum seri esse in sangvine, vel  
 poros glandularum salivarum obstructos esse, ut in hy-  
 dropicis, de qvibus plura Medicos consulas. Hanc sali-  
 vam qvam jam tatis superq; nominavimus porosa illa ca-  
 ro lingvæ, spongiæ instar imbibit, res sapida tum ad-  
 mota, realiter sentitur atque ad sensum tum demum  
 fertur, juxta illud *Nihil est in intellectu, quod non prius*  
*fuerit in sensu*, nemo qvoniam primum mentis aspe-  
 cturn, seu simplicem rei perceptionem, Originem suam  
 à sensu trahere inficias ibit, *Ubi sensus ille communis*  
*in medullio cerebri residens, de eo censet & dijudicat,*  
*nunq sapor ille amarus, dulcis vel fatus sit, interim ta-*  
*men nervos illos una cum membrana etiam aliquid*  
*Gustati conferre non negamus, qvoniam unius boni*  
*posi-*

positio, non est alterius exclusio; sed dicendum eum Placentino cuius verba Excellentissimus Sperlingius (<sup>e</sup>) obseruavit, ac recensuit ita: *Quamvis membranam inter illas partes, sine quibus commode Gustus fieri non posset, numeremus illam tamen principalem cuius famulae reliqua tantum subsidiarie sunt destinata, statim usque propriam nempe & spongiosam lingue carnem.* Preterquam quod sustentia ipsa salis sit, cui similem in nulla corporis parte inveneris, temperamentum quoque ad suscipiendos sapores apertissimum habet, humida enim & calida est, saporibus admodum vicina ut ab illis facile alterari possit.

### S. VIII.

**S**ed proprius ad Definitionem lingvæ accedamus, ubi author eam qua formam Externam nominat oblongam, hoc est, ut supra innuimus, ex latiori basi in mucronem illum acutum desit, quo non solum rem sapidam attingimus & esculenta in ore continemus, verum etiam contenta tandem in gulam transmittimus, mollities ista, quæ lingvæ inest & brutis & hominibus valde necessaria, quæ si abesset, munera à natura sibi indita subire nequiret, ubi tamen nunc bobus, ad capiendum cibum, nunc felibus ad scabiendum, ad aliud canibus, ad lambendum conceptos foetus ursis, homini soli ad sermocinandum inservit, (<sup>f</sup>) Qvod si divino animali non tam volubilis & agilis esset ut se non posset in gyrum flectere, tum impossibile fore ei conceptus animi sui in laudando creatorem &c, exprimere; ubi tamen ex mea Divina gratia secundū hanc à Deo da-

C

tam

(<sup>e</sup>) Zool. Cap. 9. pag. 64. (<sup>f</sup>) Scal. Ex. 184. Dist. 2.

ram dispositionem voces literis distinctas volutare ac i-  
ficinio instar cantu & dictis savissimis, morentia pe-  
culia proximi sui muleere potest, juxta illud Poetæ (r)

*Plurima mucendis auribus apta refert.*

Et licet hæc suis funibus sic alligata ut limites sibi à Deo  
præscriptos transire nequeat, quæ alias inter loquendum  
& epulandum nobis impedimento esse posset, tamen no-  
bis obstat alia lingua præcavenda, quæ multo minor est,  
unde etiam lingula dicta, instrumentum quoddam ca-  
vum & oblongum in speciem linguae factum cujus offi-  
cium est tegere Laryngem, quæ, cum loquimur, se a-  
perit, & si tum eo ipso quod loquimur, nobis contingat  
epulari, facile possit frustulum cibi in arteriam asperam  
incidere, sed quam salubre fano sit corpori, deliberatio-  
ni & judicatu Medicorum committimus, unde hoc sa-  
lutare præceptum,

*Dum convivaris, caveas ne multa loquaris.*

Carne propria dicit author lingvam constare, hoc est  
rara, laxa, molli & peculiari, quæ nullo alio corporis mem-  
bro inest, & dicitur principalissima ejus pars, cui actio-  
nem primario attribuendam & assignandam esse, supra  
adseruimus, hinc intellectu facile *Gustum* organo, à Ta-  
ctu differre, cui sententiaz etiam Galenus (v) inter Me-  
dicos palmā obtinens assentitur; ratio hæc est: nam Tactus  
per totum corpus meat & cutim pro suo organo con-  
tinet, Gustus autem solum in hac una parte situs est;  
sic Gustus non simpliciter sed respective dici potest  
Tactus, quatenus se; sapor linguae attractu sentitur, qui  
tamen sapor Tactu in nulla alia corporis parte, sentiri

po-

(r) Ovidius (v) L, 8, de usu part. Cap. 6.

potest, de quibus fusi*s* in §. XI: Bruta quod attinet tum alia aliam gerunt lingvam, sic lacertis bifida & pilis obducta, ( $\Phi$ ) serpentibus aculeata, longa, tres acies habens, pisces autem vel nulla, vel aliqua in palatu sepulta lingva Gaudent, sed quid de hisce plura, pergendum ulterius.

### §. IX.

( $\beta$ ) **M**ateria*le* *Gustus* Recentior ætas, particulas sapidas rerum esse dicit, quæ si lingvæ accedunt, mirum in modum eam afficiunt, nec ullas species sensibiles dari, quæ non sint ex suo materiali & formali compositæ, & quamque speciem extra tensum positam materialem dici voluit, hinc pulcre scal: ( $\chi$ ) sensionis materiam objectas species esse, sed non vera materia, non enim subjecta sed objecta sunt, itaque dicit quasi ex altera parte efficientis vices sustinent, faciunt enim ipsa quoque sensionem, sed non faciunt sensum, h. est sentiendi facultatem ipsam. Sed de hisce in posterum fusi*s* dicetur in §. seqventi.

( $\gamma$ ) *Formale* est perceptio in anima nostra, quæ ipsi communicatur per nervos, ab organo seu lingva ad cerebrum protensos, si v. G. res sapida ut Piper, vel sinapi lingvæ admoveatur tum dicitur illa res materialis, sed dolorem illum, qui ex acredine ipsius rei in membrana vel carne ipsius lingvæ sentitur, dicimus esse formale.

( $\delta$ ) *Finale* seu finis, qvi est aliud respectu 1. Dei, siye ultimus Gloria Dei, ut creatorem etiam hoc sensu celebrent ( $\psi$ ) Respectu 2. animalium vel 1. in genere

C 2

Con-

( $\Phi$ ) Scal. Exer. 183. dist. 2. ( $\chi$ ) Exer. 297. Sect. 4. ( $\downarrow$ ) Psal. 19. v. 2. & Matb. 4. v. 10. & Hebr. 1. v. 6.

Consideratorum, sive intermedium, est vita Conservatio  
 (ω) & sustentatio, vel scilicet in specie hominum alieni au-  
 xiliis indigentium (α) ut lingua esset mentis & co-  
 gitationum interpres, nec non ut sermo vinculum esset  
 consociationis hominum & ut alii alios de Deo & aliis  
 rebus docerent.

*Ex objecto, quod est sapor, cuius definitio, post su-  
 pradicatum organon, sub incudem examinis revocari  
 vult, Quam ab Excellentissimo Sperlingio (β) recitare  
 placet. Sapor est qualitas corporis misti orta à sale ad re-  
 rum differentias lingue representandas. Extra aleas va-  
 gare ne videatur, ad exactiorem modo recitatæ Defi-  
 nitionis enucleationem, nos statim præparemus necel-  
 sum est, ia qva primo objectum hoc, alias sensile, Gu-  
 stabile & græcis τὸ γεύσην dictum, nunc vero speciatim  
 ab Arist. (γ) sapor nominatum nobis sistitur.*

### S. X.

**U**nde ortum suum habent sapores Peripatetici & Gal-  
 lenici cum Chymicis magnopere dissentunt, illi sa-  
 pores à qualitatibus primis dedutere volunt, Hi eos  
 à sale deduci existimant, quod etiam probabilius & ve-  
 risimilius adparet, cui sententiæ & nos assentimur, di-  
 centes cum scalig. (δ) nibilo magis saporem oriri à qua-  
 litatibus primis, quam risum. Nos itaq; pro confirmando  
 ac fovenda hac sententia, argumentamur hunc in mo-  
 dum: Quod est primum solubile illud est primum sapi-  
 dum

(ω) Scal. Exer. 279. Sect. 3. (α) Psal. 50. v. 15. (β) Synop. Part. Spec. L. 3. Cap. 5. (γ) de anima Cap. 10. tex.  
 113. (δ) Exer. 297. Sect. 4.

dum at sal est primum solubile, ergo sal erit primum sapidum. Minor probatur ex regula chymica, quæ sic habet sal nihil aliud quidquā est, quam id, quod non agit nisi solutum. Unde pro hujus solutione opus est aliquo liqvore, permisto ac temperato, cum mediocri faucium calore, intra ipsum os, qualis nunc est saliva, suntque sal & aqua principia *symbolica* ut Chymici ajunt intime se apprehendentia & solventia, manentibus tamen semper particulis salinis infractis & illatis, modo aqua illa fuerit pura nulloque alio charactere sigillata, secus si fuerit, vires salis frangit ac dissipat; Quod vero modifacet hoc sapidum primum, inter principia reliqua maxime sulphur esse dicimus, à cujus varia proportione, mixtura, infinita quasi exsurgunt saporum genera, atque tunc differentiae illæ partim essentiales partim accidentales sunt, quatenus scilicet particulae saline hoc modo quoad figuram, situm, qualitatem & motum variantes, aliam saporis ideam imprimunt, ex varia earum actione lingvam scilicet dividendo, feriendo & penetrando.

### §. XI.

**I**ndagata sic, brevitatem qua fieri potuit, genuina saporum natura, sententiam eorum examinare juvabit, qui statuunt species sensiles saporum non esse reales, sed intentionales, & spirituales, & quidem hac ratione suffulti, quod effluvia à rebus sapidis in organa recte disposita incident, Quorum e numero sunt Fransiscus Murcius,<sup>(1)</sup> Antonius Deusingius<sup>(2)</sup> Antonius Ruvio<sup>(3)</sup> Gregorius<sup>(4)</sup>

(1) In Curs. Philop. part. 3. p. 82. 83. (2) Diatriba de functionibus sensuum Sect. 23. dist. 24.. (3) Comment. ad L. de anima pag. 347. seqq.

gorius Horstius (9) Denhavérus (1) sed nos cum Francisco Vallesio (x) & nonnullis aliis diversum ab his sentimus, dicendo dulcedinem illam à saccaro & melle promanantem, dum dentibus teratur & comeditur, realiter afficere lingvam nostram, & speramus quodvis sanum sinciput, hanc rem rite perpendendo percipere, ac videre posse, quod hoc ipsum objectum Gustus de quo jam nobis erit sermo, organo prædicto jungiamet. Unde facile judicatu ejus species materiæ esse immersas, non tamen inde inferendum esse, eas substantias esse, quibus sensus affici nequeunt, quoniam nulla substantia immediatè incurrit in sensus, cum nulla substantia immediatum sit suarum operationum principium, sed qualitates sint oportet. Sic v. G. Gustu percipimus sapores in hac vel illa re sapida, non quatenus est substantia, sed quatenus saporibus lingvæ aptis prædita est, verum etiam imo affectatam ignoratiuam esse dicimus, quod simulant se ignorare effluvia (per quæ species ad organa feruntur) propriâ vehicula qualitatum esse, non enim species saporum ab ære, neque ab aqua ad organon deferuntur, nec sapor suas species producit ut à colore coloris, à sono soni, ab odore odoris species producuntur, nec tales species, quæ alias à lingua recipienda essent, ut cetera sensuum objecta spargit, sed immedio nexu, res sapida lingvæ erit admovenda, ut sapor sentiatur, Gustusque existat.

## §. XII.

(9) L. 2. de anima, Exer. 70. quest. 10. (1) L. de anima disp. 4. pag. 101. (x) L. 2. Centro. medicarum Cap. 24.

## S. XII.

**E**rorem incurunt Comimbricenses, interprétes Arist: statuendo Saporem eadem cum Odore natura constare, est enim Odoris & Saporis, ut ferunt, ea cognitio, ut omne lapidum odoratum sit, & omne insipidum odore privetur, freti Authoritate Arist: ( $\lambda$ ) confirmare conantur, cum tamen nemo insicias ibit res quasdam odoriferas dari, quibus vel parum vel nihil saporis inest & contra, nam experientia edocti novimus plurimas res acerrimas nihil fane, vel minimum odoris in se continentis dari, qvanta qvælo adstringendi vehementia & acredo sit in arsenico, Mercurio sublimato & aliis Mineralibus, oleo vitrioli, Dracunculo ac similibus, notissimum omnibus fore spero, ut alpero suo sapore lingvam ferme morificent, interim tamen aut nullus aut plane exiguis odor; Sed ne confusionis culparentur, quod dicant sapores rebus odoriferis inesse, tum affirmare coguntur saporem ab odore eo saltem discrepare, quod in sapore Humidum in odore Siccum vincat, idque etiam ex authoritate Arist. ( $\mu$ ) ubi dicit εσιν ὁ χρυσὸς τὸν ὑγρὸν ὄστεον τὸ ξηρόν h. est; sapor est humidus ut odor est siccus, sed respondetur multas haud rares humidissimas odoratissimas inveniri, ubi siccæ inodoratae sunt, & res lapidas siccæ æque & interdum melius Gustu percipi, quam res humidissimas, quoniam si in se & sua natura res ipsæ siccæ sunt, cum humiditate ipsius lingvæ commiscentur, & sic actu perceptibiles evadant. Asseveramus proinde nos odores à saporibus non solum subjecto

( $\lambda$ ) De sensu & sensi Cap. 5. ( $\mu$ ) Idem l. 2. de anima Cap. 2.

subjecto differre, sed & ipsum *Gustum* ab Olfactu, Tactu & cæteris sensibus organo & objecto distingvi, quod quidem de reliquis manifestum est, à Tactu vero num specie differat? dubitari solet: dicimus tamen nos.

S. XIII.

**H**ic sensus Gustus, aliquo etsi modo Tactus quidam sit, teste Philosopho, non tamen hinc licet inferre Gustum & Tactum eundem esse sensum, sed potius realiter inter se differre, eo quod i. habeant distincta organa, ille lingvam, hic vero membranam. 2. Distincta objecta, Saporem videlicet & qualitates Tactiles. 3. Distinctas actiones, de quibus modo dicetur, interim tamen non negamus in totum, qvin *Gustus* aliqualem cum Tactu convenientiam si late sumatur habet, prout qvævis potentia, contactu rem sentit, ita lingva attingendo rem Sapidam tangit, si autem illud verum esset, sequeretur. 4. Solummodo sensus exteriores dari, deinde Gustum sentire species Tactus, quas tamen in numerum cum suo genere nūquam ponit, sed si consideretur *Gustus*, quoad modum sentiendi, tum quidem posset dici quidam Tactus, quatenus sc. suum objectum tangendo percipiat, ut modo, licet haud sufficienter, innuimus, adeoque omne Gustabile Tangibile dici potest, ratio hæc est, quoniam omne sapidum est humidum, humidum vero percipitur Tactu. Si considerentur Gustus & Tactus quoad sua objecta formaliter accepta, tum oportet dicere, sicut se habet objectum Tactus ad Tactum, sic se habet objectum Gustus ad Gustum. Hoc tamen modo sensus hos considerando,

Gu-

Gustum & Tactum non esse idem, satis manifestum speramus, cum organis & objectis propriis, ut jam jam innuitus, discrepant: licet modo sentiendi convenienter. Si jam accipiatur *Gustus* prout sensus saporis sit discretivus, sic non absolute necessarius animali, sed saltem ad τὸ bene esse concessus est, si vero capiatur *Gustus* ut sit quidam *Tactus*, qui percipit qualitates tangibles, licet non ut tales, sed sub ratione extrinseci alimenti *Gustus* maxime necessarius animali, dici potest imo etiam quidam *Tactus*: unde Philosophus *Temperantiam circa delectationes Gustus & tactus consistere dicit, non priori de Gustu Intelligendo modo, quoniam sic omnes probatores vivorum essent intemperati, sed posterori modo, quatenus temperantia circa delectationes Gustus consistat, observandum tamen diversas in iis actiones, sepe namque contingat in ipsa lingua Gustationem peri- re, Tactionem seu Tactum manere posse.*

#### §. XIV.

**O**biecti hujus cardo ut melius insuper vertatur, ne- cessum ducimus ductu variorum Authorum (v) di- stingvere sapore in *extremos*, & *intermedios*: Ex- tremos quod attinet alii contrarii & simplices vocitati, (ξ) suntque dulcis & amarus, dulcis & gratus est in pane, lacte, uvis maturis, γλυκυρρίσων, saccaro, melle & passim in pinguedinibus quibusdam, quamvis haec quoad dulcedinem indifferentes sint. Hic sapor optime omnium quidem (si mediocri caliditate sit affectus) ad nutri- tionem facit (o) ratio haec est, quod calor corporum

D alen-

(v) *Senerti Scharphii Arist. & omnium.* (ξ) *Arist. de anima Cap. 10. Tex. 105: & Scharph. in Spec. part. phys. E. 3. Cap. 2.* (o) *Sener. L. 7. Phys. Cap. 6.*

alendorum id quod optime est percoctum, ex alimento detorquit & atrahit ac illud, in corporis substantiam convertit, (π) & quod crudum seu minus decoctum remanserit, magis magisque concoquit, nec non vi ac virtute sua, qvicquid hominibus ad aleendum conducit, mirifice educit, Gallenus vero in respiciendis qualitatibus horum saporum, suo usus consilio, extremos sapore, acrem & acerbum facit, quam adsertionem libenter ei cum suis asseclis relinqvit, jam cum diversorum animalium diversa sit temperatura, ideo quæ nobis dulcia, quibusdam brutorum adversa sunt, & contra, sic V. G. Ovium & Caprarum genus amara salice induviisque betularum, cæterarumque arborum & veprium delectatur: quoniam à melle abhorret, ex cuius esu perire dicitur (ε) sic corvi vescuntur cadaveribus, sic quædam aves pascuntur serpentibus, qvædam rursus aliis venenosis, quorum odorem saltē, homines si perciperent, ne dicam talia si gustarent, tum corpora eorum statim alterarentur, ut interire repentina morte cogarentur, Turdis etiam olivas, hæderas, baccas amaras, viscum & resinam, svavissimum esse cibum constat. Sapor amarus, qvalis est in absinthio, aloe, felle, nihil quidquam ad nutrimentum confert, quoniam tam valde penetrat, Lingvamque promptè subit, detorqvet, ac siccet, qvare à natura respuitur tanquam plane ἄτρωφος. Hoc ipso sensu bruta vincunt hominem, ut & in reliquis, excepto Tactu, idque non ex temperamento quod homini qvidem nobilissimum, sed ex ipsorum organorum

(π) Arist. 21. prob. Sesl. 13. (ε) Hist. animal. Franz. Cap. 22. p. 237. & Cap. 23. pag. 248. part. 1. & Cap. II. pag. 412. part. 2. & Scalig. Exer: 286. dist. 2.

rum exqvisitioni fabricatura provenire arbitramur, nec enim aereo *Gustus*, Simiis, Galinis, aliisque avibus (σ) manifesta est intelligendo, cum ea quæ rationis propria sunt efficere non videantur, nam solus homo quæ audit, vedit, gustat, præclaro mentis scrutinio discernit, ac dijudicat, sed quod exqvisitus sentiant hoc sit ex accidental i ipsius cerebri dispositione, seu ex singulari & peculiari organi contextura, quare dum suâ voracitate corvi canes & alii alliciuntur & instigantur ad insequendum hanc vel illam prædam, vel à natura invitantur ad capiendum hunc vel illum cibum; de celeri & vehementi perceptione specierum, non vero de specie rum receptarum dijudicatione loqvuntur isti vulgares Versiculi.

*Nos aper auditu, Lynx visu, simia Gustu,  
Vultur odoratu, precellit aranea Tactu.*

Intermedios sapores quod attinet, qui alias compo-  
siti dicuntur sunt hi *Acidus*, qualis in aceto, acetosa, suc-  
co limonum, *Acerbus* in pomis nonnullis immaturis,  
glandibus, gallis, *Acer* qualis in pipere, Zingibere, allio  
cæpis, *Austerus*, *salsus*, ad hos reliqui plures, qui à me-  
dicis numerantur, referri possunt, de quibus eos consu-  
las, quorum est fusijs de hisce disquirere, hinc seu ex ul-  
timò hocce genere saporum qværi potest.

### CUR SAL, LIGNI INJECTUS CREPET?

Respondetur salēm, plurimum humoris in se contine-  
re, quo sit cum ab igne attritus & attenuatus sit, spirituo-  
sam sibi induat naturam, motuque violento inflamma-  
tio illo exsiliens rumpit salēm (1) salis autem munera &

D 2

ope-

(1) *Hist. animal.* Frantz: Cap. 24 p. 262. (1) *Arist.* 2.  
*probl.* *Sect:* 26.

operationes sunt, abstergere, ablueré, exsiccare & purificare, prohibere, quare etiam nostratum usus est vetustissimus, tempore ætivo, crudam carnem sale aspergere, ne putrefaciat, ac vermes evanescantur; & quam alendi facultatem salsa habeant, veteribus valde controversum fuit, neque inter recentiores convenit, nos vero, rem extra controversiam positam esse dicimus; querendo saltem, sine ulteriori disquisitione cum Scal: (v) quomodo queso possent vivere si non alantur saltis?

### §. XVI.

Sic itaque brevissime dictum est, de natura Objecti, Admirandaque organi Gustus, lingvæ sc. fabricationes, præcipuaque ejus opera consideravimus, Musculorum verò ars hac in re non satis explicari potest, multo minus demonstrare possim causas, qua ratione lingvæ motu, ceu plectro, alia atque alia articulata vox, nec non dissimilia verba formantur, quæ sunt picturæ rerum & cogitationum seu mentis indicia, nisi quod Deo ita illam in sui laudem adaptare placuerit, cuius ideo celebrandæ sapientia, eique gratiæ immortales agenda, qui soli homini, tantum sermonis usum committere ac tribuere dignatus est. Tanta enim lingvæ humanae dignitas, quanta sermonis & eloquentiæ Opifex est. Quidam in re nec insignis ejus utilitas prædicari, nec ipsa ars in sermone formando, exponi potest. Sciamus saltem nos hinc intellecturos esse causas, & artem totius fabricationis, cum omnium prælertim horum operum ideam, in ipso Opifice cernimus. Interea gratiæ Creato-

rem

rem laudemus, & ipsius beneficiis recte utamur. Scien-  
tes Deum Ter optimum Maximum hisce primitiis vel-  
le nos, in hac vita, ad illam æternam lucem, præ-  
parari.

### §. XVII.

**N**unc Medium, quod inter objectum & organon Gu-  
stus adsit oportet, explicabimus, idq; suffragio, Arist:  
(φ) ubi ait ἀθανάσιος παντὸν διὰ τὴμέτε, per hoc  
medium internum, species sensiles, puta, ad organon de-  
ferentur, cum nullum externum Medium agnoscat, sed  
illud penitus respuat, ratio hæc est; quoniam Sapor, ut  
supra diximus, non per aërem, aut aquam, ut cæteri  
sensus (Excepto Tactu) suas species spargit, qui sensus  
etiam medium intraneum obtinet, atque sic cum Gustus  
sit quidam Tactus, ut supra adseruimus & Gustabile quod-  
dam Tangibile, ideo etiam Gustus, Medium intra-  
neum habere debet, ut si res sapida lingvæ admoveatur,  
verus saporum sensus haberi possit, ex autem res sapi-  
dæ, quo melius percipiuntur, lingvæ extremitatem, pro-  
vida rerum mater Natura, duobus mediis donavit: i. Car-  
ne porosa, per lingvam expansâ, quæ, cum res sapida  
ei admoveatur, specie sensibili ipsius rei afficitur, hinc  
deinde sensorio communi, per nervos communicatur,  
ubi anima de ea sentit & judicat; sic V. G. si mel distol-  
veretur in aqua & à quodam procul distanti percipere-  
tur ejus Sapor, id non annumerandum aquæ tanquam  
Medio Extero, sed quoniam mel aquæ commixtum,  
immediate tangit organum, Gustus ideo non percipitur,  
in aqua, tanquam per Medium, quoddam Externum, (si-

D 3 cuti

(φ) L. de anima Cap. II, tex. II4.

curi facrorum' potui admistum) quoniam hujusmodi Sapori mellis resoluti, in aqua percipitur, debiliter admixtum & remisse, propter aquæ admixtionem 2. Saliva, seu humore illo aqueo, qui omnis saporis expers, ad formandum Saporem huic porosæ carni succurrit, seque insinuat, hæc autem saliva aut ad omnem saporem indiferens, aut certo aliquo Sapore infecta est, & tunc sequitur necessariò Sapores, ex humore illo infecto confundi, ut nullus realis ciborum Sapor, in lingua, tanquam in organo dignoscatur, hinc febri laborantibus, omnia sunt amara, quia redundat in lingua saliva bilosa, non existimandum tamen est, quod ob id sit medium Gustus primarium & immediatum, sed est secundarium. Modicus autem ille humor esse debet, ne cum modum excedat, lingvam male afficiat, atque sic de re bene sapida, falso judicetur, & vice versa, si humor hic deficiat, tum lingua exsiccatur, ut nullos Sapores excitare, & elicere valeat, unde arida lingua & omni Saliva destituta, Saporem nullum percipit, juxta illud Arist: (χ) οὐδὲν ποτε αἰδηνὸν χυμός ἄρετον ὑγρόντος, μήτε κατάξηγες θου ή γλώσσα αἰδάρεται. h: est nullum Sapidum sentitur sine humore, nec lingua arida gustat. Nam quemadmodum color sine lumine non videtur, ita nec lingua Gustum, sine humido sentit, quique humor alias cum sit temperatus variis muneribus obeundis, à natura est adstrictus, quod nempe maceret res illas sapidas, attenuat, conficiat, resolvat, & tandem eas persæpe nominata fungosæ carni, sese insinuare faciat.

### §. XVIII.

**B**reviter sic pro ratione instituti, explanatis Medii naturam concorrentibus, adjiciemus Gustandi Modum,

dum, cuius declarationem, huic operæ nostræ, ut ἀνακε-  
φαλαιῶσιν, aut contentum totius in compendium reda-  
ctum subjungemus, quo in exponendo, & ingenia Præ-  
clarorum virorum sudaront, ut magnis difficultatum tri-  
cis implicati, nihil certi statuere potuerint, sed propter  
dissidia variarum sententiarum, utilius meliusque, glo-  
riam Domini, in hocce suo admirando opere, decanta-  
re, qvam exquisita, & exacta inquisitione imbecillis ani-  
mi sui, miram hanc rem p̄vestigare, duxerunt. In-  
terim tamen cum in qualemcumque ejus notitiam veni-  
re, e re esse arbitramur, Saporis in lingva perceptio-  
nem fieri statuimus, quando res sapidae linguae adplican-  
tur, quæ si sint humidæ, à spongiosa ejus carne, facile  
excipiuntur, & ab anima sentiente cognoscuntur, si su-  
cus est concretus, à calore oris solvitur, siveque liqvescens  
mediante humiditate ab organo percipitur, qui sc: hu-  
mor, eas, dentibus comminutas, macerat, resolvit, ac  
porosæ carni linguae, & palato, aptas reddit, tum qualitas  
illa sapida in humore residens abluitur, linguae deinde  
nervosiori parti, speciem sui communicat, unde recte  
Zabarella dixit, *Etsi enim Sapores lingvam proxime tan-  
gunt, inque eam agunt materialiter & imprimunt sapo-  
rem realem, ipsa tamen saporum sensu tantum sit, per  
speciei receptionem.*

### §. XIX.

**V**Erum ut in parte proœmiali diximus, lingvæ nihil  
melius, ita etiam ea pejus in hoc universo orbe,  
nec dari, nec excogitari potest, idque teste Jac: (ψ)  
hac

(ψ) Epist. Cap. 3. v. 5. 6. & 9.

Hac namque ut à primordio exordiar, primi nostri Parentes, in Statu Integritatis, ad peccandum commoti, ac seducti, <sup>(ω)</sup> Hac Christus æternus Dei Filius proditus, <sup>(α)</sup> hac sceleris argutus, omni criminè immunis sanctissimus, <sup>(β)</sup> hac adhuc (proh dolor) in res vanas, inutiles ac impias, nomen Dei sanctissimum usurpat, hac tandem tales sycophantæ & proles Diaboli (qui Pater est mendacii) sibi ipsi temporale exitium, & eternum interitum, tam corporis, quam animæ adsciscunt, cum præsertim sincero corde noverint, sermonis officinam lingvam nempe, à Deo datam, quem ne verbulum quidem effugere possit, quod non noverit, juxta hocce Davidis <sup>(γ)</sup>)

*Nam neque lingua potest mea dicere cuius;*

*Jam non sit ratio cognita nota tibi.*

Nam quemadmodum charta pura, nihil gravatur pondere literarum, ita Deus multo magis cuncta, cunctaque verba, ne minima quidem difficultate, rædio, aut confusione notat: cavendum igitur, ne organon lingvæ nostræ maledictionibus, vellicationibus & aliis similibus, mancipemus, sed potius nullus dies, nullaque hora prætermittenda, qua placibili harmonia ac symphonia, laudem Domini non cantamus, ac supplices cum Syracle; <sup>(δ)</sup> retinacia vincula lingvæ nostræ apponi r̄egamus, ne qualescumque blasphemias ei displicentes loquatur.

<sup>(ω)</sup> Gen: 3. v. 4. & 5: <sup>(α)</sup> Math. Marc. Luc. &c. <sup>(β)</sup> 1. Pet. 2. v. 22. & 1. Job. 3. v. 3. & 5. <sup>(γ)</sup> Psal. 139. v. 14. Cap. 22. v. 33. <sup>(δ)</sup> Cap. 22. v. 33.

Sed tantum de hisce, postquam navim in vadum, quod intendimus, divinâ affulgentie gratiâ, perduximus.

**D**E cætero igitur Benevole ac Candide Lector te, quâ par est modestiâ, rogatum volo, ne vilem ingenii mei fœtum, sinistre interpreteris; nam scias me imprimis non fastuosa scribendi uredine laborasse; sed hoc me unice intendisse, ut has meas Physici studii primicias, liberalis exercitii gratia ingenuè Philosophantium placidæ censuræ modeste subjicerem, quare ex animo metu penitus discussio, hoc qualemque ingenii specimen, molli tantum levique admodum brachio perstrictum, in lucem edidi, quod vix moderatiorem & mitiorem apud rigidos sychophantarum asseclas, virgulam censoriam, experturum fore, facile conjicere possum: Ego vero puræ conscientiæ integritate fretus, ex malis illarum cavillationum tricis seu nugis, auxiliante Deo, facile emergam, hic namque unicus mihi Scopus, Deo & bonis ut possim placere malis nolo nec possum. Si vero hæc ad palatum omnium non satis ornatae ac nervosè elaboratae sunt, mihi tamen in hoc studiorum genere declarandi Progressus, meus conatus sufficiet, quoniam id quod volui non potui assequi, sed tantum tentavi, quantum ex agello ingenii mei depromere potui, quod vile licet sit, id tamen ob tuam modestiam Candide ac B; Lector, sinistre à te non exceptum iri spero, nullum tamen odium, nullam invidiā, nullum deteriorum affectorum glaucoma obnubilatum invitus submitto, sic ubi erravi, ab eruditioribus & informari, & vinci, mihi honestissimum esse duco. Si

Itaque bonus es Candide ac Benevole lector, tum de tua humanitate deque benevolentia nullus ambigo, bene si haecce interpræteris, voto meo hæc in parte satis factum existimabo coque animum meum posthac ad graviora tentanda haud parum stimulabis, Divino interea commissus clypeo, Vale benigne Lector & mihi, sincere favere perge, Sed priusquam manum de tabula trahimus, Deo humilissimas gratias agamus  
necessitatem dicentes,

*Gloria sit Patri, sit nato Gloria Sancto:  
Gloria Spiritui, Triadi sit Gloria Sacra,*



# Til Herr Respondenten.

**D**o sinaken fädt en gång af Castals liusiva ne-  
tar  
Han må ej stanna förr än han med nöje  
På Pindum hunnit til dhe nye Systrars  
Skaar  
Der Pallas honom med sin Lager Crona åchtar.  
I haan ock satt Ehr Foot / opå den brantta Klippa  
Som på en steemig Wåg/ til åhrans tempel föör /  
Slykt wijsar ju det Proos/ som man af Ehr nu  
höör /  
Låt see I åntlin ock til högsta Toppen slippa.  
Ehrt wackra wärck os lår vår tungas Frucht och  
Nytta /  
Hur en så litten Lem kan sinaka suurt oec sött/  
Tyblir Ehr indda vrifst/Ehrt Lof blir aldrig dödt/  
Bland dygdens föllie skall man Ehr oec entlin hitta.

CARL ALANUS.

---

## Ad Dominum Respondentem.

Dum egregiam DE GUSTU Dissertationem pu-  
blica Candidorum Censorum disquisitioni submitteret,  
subita Gratulatio.

**D**esidam exosus Praestans sic, Author, inertem,  
Sedulitatis opus tam memorandum adhibes;  
Heic

Meie nunc insinuas gustantis plectra palati,  
Et varius variis ut solet esse sapor,  
Pieridum libant succum Tua labra recentem.  
Et Daphne nectit laurea lerta Tibi  
Candida non temet valuit seducere Cypris  
Castalides tantum sunt tua cura novem.  
Prosper sollicitam haud lusisti spem Genitoris  
Agnatis cedunt fervida vota bene;  
Gratulor ingenuos mentis rectæ tibi foetus:  
Lætitiae annexens candida Vota. Vale.

*Sic indicium exultantis animi ob  
sui amici progressus  
adjectum*

JOHANNES J. STECKSENIUS.



*Johannes Andringa*

*Andringa J.*